

DÍAZ DE JAUREGUI, Juan

R[euerendissimo] P.D. Calcagnino
Decano Pampilonen. Parochialis de
Alsasua pro R.D. Io. Diaz de lauregui
contra Reu. D. Martinum de Arieta :
responsio facti. -- [S.l.] : Typis
Leone, & Mainardi, 1735

[4] h., A4 ; Fol.

Tít. y pie de imp. tomados de
colofón. -- Lugar probable de imp. Roma

1. Simonia 2. Simonia 3. Juicios 4.
Epaiaketak I. Arieta, Martín de II.
Título

VRF-105

Pampilonen. Parochialis de Alfafua .

1 **Reu. Pater .** **I**terum Pars aduersa repetit illa duo fundamenta ad repellendum Principalem nostram ab assentione huius Parochialis , *primum* scilicet repositum in defectu suffragiorum , & aliud in exolo crimine simoniæ ; Quoad primum cum fuerit abundantissime satisfactum in nostris *scriptis tam Facti* , quàm *Iuris* ; Superest dumtaxat noua æquiuoca submovere quoad aliud repositum in d. simoniaca labe .

2 **Tota** igitur vis in *contrario Restrictu* super probatione huius exosi criminis fit in quatuor principijs vndique insubstantibus , quia omnia dumtaxat dependent ab vno in omni sui parte fallacissimo eruto à *Testibus* , qui ex toto contextu huius Causæ comperitur , quod adinueniantur ad libitum Partis aduersæ ad probandum scilicet quodquid cadit in eius mentem , & quidquid putat conducere ad Causæ defensionem , quanquam sit aut impossibile , aut inuerisimile , aut etiam contrarium veritati , & ipsis probationibus ab eadem Parte aduersa factis . Diuiditur propterea istud vnicum fundamentum à solis *Testibus* depromptum in alia quatuor ; *Primum* nimirum in *Testes* modo ad opportunitatem expiscatos *pendente lite* , & *extraudicialiter* deponentes , cum quibus compilatus fuit *ferè totus* *contrarius Restrictus* ; *Secundum* in *Testes* pro parte nostræ examinatos , & datos in *Summario num. 1. per tot.* *Tertium* in alios *Testes* examinatos pro parte D. Aduersarij ; Et *quartum* demum in quibusdam leuissimis , & insubstantibus adminiculis ab hiscemet *Testibus* elicitis . Nos itaque methodice , eisdem omnibus contrarijs fundamentis examinatis , eorum insubstantia , & omnimoda irrelenantia illicò demonstrabitur .

3 **Aggrediendo** ergo examen primi repositi in d. *Testibus* *pendente lite* examinatis , licet præuentiuè istis responsum fuerit in *nostra Informatione* §. 18. ; Attamen , quia vt supra dicebamus Pars aduersa maximum facit plausum , totumque ferè pondus constituit in d. *Testibus* , ideo ante omnia superaddimus , quod huius *Testium* speciei , sunt illi dari in *hodierno contrario Summario addit.* , & in *præterito contrario Summario num. 9.* qui omnes deposuisse noscuntur de mense Iunij 1734. ac de mense *Novembris* mox elapsi , vt ex d. *contrario Summario num. 9. in fin.* , & ex *hodierno addit. num. 1. 2.* , & 3. *pariter in fin.* Hæc enim circumstantia valdè notanda est in casu præsentis , quia summopere adauget insubstantiam dictorum *Testium*

extraiudicialiter solum deponentium ad probandum istud tam exosum crimen simoniae. Cum etenim hisce temporibus in manibus Aduersarij peruenerit nostra Informatio, & Decisio desuper ædita vsque à die 1. Februarij 1734. ; Hinc igitur dictus D. Aduersarius, qui videretur *Testes* habere ad sui beneplacitum, & ad deponendum totum id, quod sibi magis proficit, ideo habens solam finem respondendi solidissimis obiectis propositis in d. Informatione vsque tunc distributa, parum immò nihil curando an istæ nouæ Depositiones extraiudiciales essent necne contrariæ alijs Testibus pro eius parte prius formiter examinatis, immò, an impossibilia, aut inuerisimilia deponent, vnice habuit sub obrentu depositiones præfatas acquirere, putans cum eis respondere dd. nostris validissimis Obiectis.

4 Quoniam cum nos obijceremus in dicta nostra Informatione in prima propositione distributa, quod fama huius oppositi Criminalis, aut nunquam vigeret, vt primum dicebant dd. *Testes* in contrarium formiter examinati cuius verba retulimus in nostra *Facti* §. 25., aut quod orta fuerit post litis ingressum, & post verificationem Votorum, quæ pariter citatis partibus facta fuit longè post dictæ litis introductionem, vt pariter indiuiduant d. contrarij *Testes*, de quibus in eadem nostra *Facti* §. 23., aut quod non specificetur ab eis, vnde, & à quibus dicta fama orta fuerit, immò ad hunc effectum nominantur dumtaxat Personæ vilissimæ, vt in eadem nostra *Facti* §. 21.

5 Opportunè itaque ad hæc obstacula submouenda Pars aduersa inuenit paratos alios *Testes*, qui, & specificant istam diffamationem, & indiuiduant eam viguisse ante litis ingressum, imò vix sequuto obitu vltimi Possessoris istius Parochialis, ac demum specificant Personas Graves, & bonæ Conditionis, apud quas talis diffamatio vigerit vt patet ex dd. contrarijs Testibus præterito Summario num. 9., & præsentis addit. per tot., & colligitur ex contrario Restrictu à §. 19., & seq., & §. 26. ac §. 28., & §. 31. ac ferè per tot. Hic tamen opportunè addere non prætermittimus, quod ex aduerso iactetur qualitas magnatitia istorum Testium extraiudicialiter tantum deponentium, ex eo quia alter eorum sit Locumtenens Gubernatoris istius, aut alterius Oppiduli; Alius verò sit Conseruator vnus ex dd. Oppidulis qui perperam prædicantur pro Personis qualificatissimis, ac reuera in eis verificari posset dictum illud *Consulis ab Aratro*, cum quo pernecessè viuunt dd. *Testes* existentes in *Aldeis*, seu *Oppidulis* vix facientibus num. 300. aut 400. Animarum.

6 Rursus cum à primis Testibus in contrarium examinatis dictum fuerit filium Martini de Arza esse penitus illiteratum, nec vnquam studijs operam nauasse, vt vidimus in nostra *Facti* §. 36., & signanter cum Teste contrario de quo in nostro Summario

num. 12. list. LL. ibi = Stando il Testimonio nella Casa dell' enun-
 tiato Martino d' Arza, le disse in presenza di detto Diego per qual
 ragione lo teneua in Casa senza inuiarlo à studiare, per tener
 notizia della sua inclinazione alli studij, e quello le rispose, che
 già l' inuiaria, e che doueua continuar li studij, sin che durasse
 quello che detto Abbate gli aueua lasciato, e se frà questo mentre
 non aueria qualche fortuna, lo mestera doppo à fare il Gerarolo,
 o il Mercante = Ad supplendum huic maximo defectui, cum
 quo ostendebatur filium dicti Martini de Arza fuisse incapax
 ad consequendum istud Beneficium, Pars aduersa promptos
 adiuenit alios Testes, qui non solum deponere auli fuerunt
 dictum filium fuisse Puerum scientificum, sed etiam quod in
 scholis scientiæ operam nauauerat cum iisdem contrarijs Te-
 stibus, vt in dicto contrario Summario ad lit., & Restricto §. 26.
 Non prætermittendo super hoc admonere RR. PP. de alio ma-
 ximo æquiuoco in §. 26. contrarij Restrictus insinuato, quod
 scilicet d. Puer effectus fuerit Clericus paulò post vacationem,
 quando ex nostro Summario num 13., vbi deimus fidem Cleri-
 catus illius, ex ea constat primam Tonsuram accepisse biennio
 post vacationem huius Parochialis.

7 Insuper cum pro parte nostra oppositum fuerit in prima Causæ
 Propositione, quod Parochus de Alfasua nunquam habere
 potuerat Ius tam considerabile, quemadmodum est illud con-
 ferendi Beneficia in sua Parochia existentia; Illico Pars aduer-
 sa super hoc non quidem exhibuit ipsas collationes si verè ad-
 fuissent; Sed Depositiones eorundem Testium ad perpetuam, qui
 asserunt easdem Collationes fuisse sequutas, & eidem Paro-
 cho hoc grande Ius competere; vt patet ex dd. contrarijs Te-
 stibus in contrario Restricto §. 28.

8 Ac demum ad imprimendam malam opinionem nostri Principalis
 apud RR. PP. mirabilis est illa nimis audax assertio à dd. Te-
 stibus extrajudicialibus facta, quod nimirum ipsi scilicet com-
 morantes in alio Loco distincto ab Opido Alfasuæ, tamen au-
 diuerint quod dictus Principalis noster iactauetat, Romæ nul-
 lam vim fieri in pactione simoniaca; Quod quantum sit ab-
 sonum à veritate in persona signanter Sacerdotis Hispani hanc
 Urbem Sanctam venerantis, quisquè agnoscere poterit; At-
 que insimul magis certiorari, quod Pars aduersa à suis Testi-
 bus dicere facit id quod sibi videtur in beneficium suæ Causæ.

9 Ex hisce omnibus rectè percipere poterunt RR. PP. non solum
 quantum sit læue primus contrarium fundamentum repetitum
 in dd. contrarijs Testibus modò pèndente lite expiscatis; Verum
 etiam quantum sit infirma fides præstanda in hac Causa qua-
 nibus contrarijs probationibus elicitis à solo dd. Testium ver-
 bo, qui videntur ad Placitum Partis deponere, & asserere id,

quod ipsi magis libet ad Cause opportunitatem, et si istud foret modò album, & modò nigrum. Immodò magis hæc veritas detecta remanebit à Responsione danda in examine tertij contrarij fundamenti repositi in alijs Testibus formiter examinatis, qui ad oculum demonstrantur deposuisse cum exosis, & inauditis contradictionibus, & inuerisimilitudine, vt præcedenter quoque ostendimus in nostra Facti.

10 Sic detecta insubstantia primi contrarij fundamenti repositi in Testibus extrajudicialiter examinatis pendente lice, magis insubstantia, & omnino irrelevans demonstratur secundum quod exadverso depromitur à nostris Testibus datis in Summario num. 1.; Si enim fideliter omnia illorum verba non autem mutilatè, vt fit in contrario Restriktu §. 15., & §. 29. fuissent transscripta, certissimè exonerati essemus ab hac responsione; Verum hæc facillimè eruitur audito toto eorundem Testium depositionis contextu, vt patet ex primo Summario num. 1. sub litt. B. ibi = S'incontrò nella strada, che chiamano di Celaja di questo luogo con Martino di Goicochea, e le disse, se voleva dare il Voto à detto Presentante, e quello le rispose che si, quando dassa il Beneficio à suo figlio (hic non est filius Martini de Arza) & il Testimonio gli replicò, che non dicesse tal cosa perche non se poteva fare in coscienza, imperciocche era Simonia, e che se voleva dargli il Voto, lo dasse di sua mera volontà, & essendo sopraggiunta la notte di detto dì, andarono alla Casa di detto Martino di Goicochea li riferiti Giuseppe di Galuete, Ferdinando d'Aluiza, & il Testimonio, & altri di quelli, che hà espresso, & auendo li detti Scriuani detto à d. Martino di Goicochea se voleva dare il suo Voto à fauore del Presentante, lo diede detto Martino liberamente, e volontariamente senza parlar parola sopra il Beneficio = Ex secundo litt. F. ibi = Disse detto Galuete al riferito Zumarraga, come diceua agl' altri voranti, se voleva egli dare il suo Voto à fauore del Presentante, & auendo quello risposto, che lo daria colla condizione, che questo dasse il Beneficio al figlio di Martino d'Arza, detto Galuete le replicò, che con simile qualità, ne alcun' altro poteva dare ne esso riceuere Voto alcuno, e sen- sendo ciò detto Zumarraga tornò à rispondere, CHE MENTRE NON SI POTEVA FARE, DAVA LIBERAMENTE, E VOLONTARIAMENTE il suo Voto, e così lo giurò nelle mani di detto Giuseppe di Galuete = Et idem colligitur ab omnibus alijs Testibus in locis exadverso indicatis, quatenus isti in fonte recognoscantur.

11 Ex dicto enim contextu duo per necessè colliguntur exclusiua oppositi pacti Simoniaci; Primum nimirum quòd reuera dd. Testes agnoscetes malum ab hoc crimine procedens se illico retractauerint, & medio iuramento asseruerint nunquam eorum

rum votum præstare sub hac illicita pactione, sed liberè, & spontè. Et alterum quod si dd. Vocales quærebant eorum Votum dare cum conditione quod Principalis Beneficium conferret filio Martini de Arza, signum evidens est quod *ante nulla præcesserat pactio*, aut Conuentio d. Principalis cum præfato Martino, dum dd. Vocales optabant cum alligato cum d. iactata Conditione.

- 12 Parùm laborabimus in ostendenda insubstanti tertij contrarij fundamenti repositi in alijs Testibus pro Parte aduersa formiter examinatis. Quia præcedenter in *nostra Facti* demonstrauimus quatuor defectibus inuersionibus, & contradictionibus redarguantur, vt ex dicta *Informatione à §. 29. usque in fin.* Vnus enim dicit = *Che s'aggiustariano* = Alter = *Che s'erano aggiustati* = Alius = *Che auca offerto* = Alius = *Che aiuteria Diego d'Arza quando fosse tempo* = Alius = *Che protegeria* = Alius dubitatiuè = *Che s'aggiustariano, ò che s'erano già aggiustati* = Alter = *Che poteua essere che questo aiutasse* = Alius = *Che sperauano che l'assistaria* = Alius = *Col fine che dasse* = Alius = *Che conseruassero li Voti per il figlio di Martino d'Arza* = Alius quod eadem vota conseruarent = *Per D. Francesco di Zubiria* = & alij alia, in modum vt nescimus an possit dari casus, in quo tot Contradiçiones, & varietates in Testibus verificari possint, quæ pernecessè totam eorum fidem destruere faciunt.
- 13 Remanet vt de medio subducamus quædam infirmissima adnucula ex aduerso culumata in *Restriçtu §. 17. & seq.*, sed ista aut insubstantia ex nuda eorum lectura comperuntur; Aut magis infirmia conuincuntur, si rursus ponderemus, quod *omnia* sunt desumpta *ab iisdem Testibus* aut extraiudicialibus, aut cum tot defectibus. & contradictionibus deponentibus.
- 14 Proptereaque in his terminis cum rota contraria probatio in hoc ideato Crimine, aut illius diffamatione deprompta videatur à tot Iuribus seu Testibus defectuosis, & insubstantissimis, frustra recurritur ad regulas Iuris in quibus statutum fuit quod pro repellendo à Beneficio adhuc non assecuto læuiores sufficiant probationes in Crimine Simoniz, quando etiam admissa hac propositione (non ita tamen ampliatiuè admittenda, vt plenè probauimus in nostris scriptis) nec etiam *fumus* istius moderatæ probationis à toto complexu contrariorum Testium erui poterit.
- 15 Potissimum considerata Causa quare Martinus de Arza, & alij Parochiani illiusque Consanguinei inducti fuerint in hac *Vacatione* ad protegendum Principalem in assecutione huius Parochialis, consistente in *Amore* erga eundem acquisito, & in
adio,

odio, quod iustissimè conceperunt contra Aduersarium, vt ab
ea repelleretur sicuti hanc veram causam distinctè demonstra-
uimus in nostra Facti §. 1. 2., & 3., & §. 38.

¶ In cæteris leuioribus aut supplebit D. in Iure Scribens, aut eis
præuentiuè fuit responsum.

Quare &c.

Vitus Angelus Caualletti.
Ioseph de Bomplanis.

Rño P. D.
CALCAGNINO
DECANO

*Pampilonen. Parochialis
de Aljajua.*

P R O
R. D Io: Diaz de lauregui.

C O N T R A
Reu. D. Martinum de Arieta.

————— M —————

Responsio Facti.

————— * —————

Typis Leone, & Mainardi 1735.